



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

**Illatio II.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

legij, virtuti Religionis adversantis, tum iniustitiae, seu usurpatæ Iurisdictionis: adeoque non tantum à luce Canonico, sed à luce quoque Civili reprobantur tanquam iniquæ leges hujusmodi. Cap. Ecclesia. Cap. Quæ in Ecclesiæ. De constitut. Cap. Noverit. De sent. Excommunic. & in plurib. leg. Cod. De Sacrosanct. Eccles.

188. Afferendum 2. Clericos quoad vim Directivam in conscientiâ teneri legibus Civilibus iustis ac necessarijs, quæ pro totâ Communitate populi latè, materiam Clericis, aliquæ Civibus communem respiciunt, & absque indecentiâ, & iniquo Clericorum gravamine ab his servari possunt. Sotus lib. 1. de Inst. q. 6. a. 7. in princ. Bellarm lib. 1. de Clericis. c. 28. Panormit. in Cap. Ecclesia n. 13. De const. Nam ejusmodi leges per sacros Canones approbantur, & quasi canonizantur in ordine ad Clericos; juxta Cap. Immotuit. De arbitris. Cap. Lege. Cap. Si in adiutorium. Cap. De Capitulis. dist. 10. & Cap. Cùm ad verum. dist. 96. Ubi & alijs in locis ait Papa, se curare, ut Imperatoris leges serventur, item Pontifices ipsos pro cursu temporalium rerum temporalibus seu Civilibus uti legibus, qua proinde à Clericis servand sunt in his, quæ nec sunt contra Canones, nec Clericis prædicant. Ex quâ sacrorum Canonum provisione infertur, personas Ecclesiasticas obligari legibus Civilibus, non quâ Civiles ac Imperatoris sunt, sed ratione sacrorum Canonum, eas pro Clericis approbantium, & ratione juris naturalis, vi cuius Clerici tanquam cives in materia merè Civili, suo tamen statu conveniente, obligantur habere uniformitatem cum ceteris concivibus. Ex quâ ratione, si lex Civilis taxaverit rei cuiusdam v. g. tritici pretium, obligantur Clerici ex justitiâ ad non vendendum carius: similiter si Magistratus secularis contractui aliqui Civili, seu confessioni Testamento præscripti certam solemnitatem substancialē, hâc omisâ, Clericorum quoque contractus seu Testamenta, exceptus tamen pijs legatis, sunt nulla & irrita.

189. Afferendum 3. Leges Civiles non posse unquam Clericos obligare quoad vim coadiuvam: sunt enim extra jurisdictionem Magistratus secularis, gaudentque immunitate Fori, nec adeò ab illo cogi possunt ad suarum legum observationem, vel ob harum transgressiones puniri: ne tamen delicta in ipsis maneat impunita, Pralatis Ecclesiasticis incumbit, peccatum sumere de Clericis temerè violantibus leges Civiles, quamvis non oporteat, imponi peccatum hisce legibus designatam, sed aliam arbitrio Iudicis Ecclesiastici taxandam. Covarru. lib. præf. quest. c. 33. in fine. Salcedo in Præf. Crim. cap. 66.

### ILLATIO II.

190. Exponitur; In quantum exemplo Clericorum à collectis secularis potestatis habeat locum?

In primis namque certum est, omnes Ecclesiasticas & Ecclesiasticas personas à debito solvendi tributa, exemptas esse, quod bona non tantum Ecclesiastica, sed etiam patrimonialia. Ex Cap. 1. De immunit. Eccles. in 6. Clement. Præsent. De Censibus. Autb. Item nulla communis. Cod. De Episcopis & Clericis. Leg. San. cimus. Cod. De Sacrosanctis Eccles. Quam à solutione gabellarum immunitatem esse Iuris non tantum humani Canonici, atque Civilis, sed insuper Divini, constat ex verbis Concil. Trident. Sess. 25. De Ref. c. 20. decernentis Ecclesiasticis & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonis fundationibus constitutam esse.

Dicendum 2. In casu aliquo extraordinario posse ac debere Clericos solvere gabellis, quando scilicet causa contribuendi immediata directè in particulari & quæ tangit Ecclesiasticos, atque Laicos, dum v. g. prædonibus agrum, in quo Ecclesia possessiones haberet, devastantibus, pro his expellendis tribuum imponitur; quo calu, licet aliqui existimat, Clericos non debere contribuere, nisi Laicorum bona non sufficiant, atque Summi Pontificis obtineatur consensus; autem opposita tentatio à Doctoribus communiter tradita est simpliciter tenenda; quia causa contribuendi tunc concernit non tam publicam, quam singulorum Civium & Clericorum privatam utilitatem. Atqui Capitulum Adversus. De immunit. Eccles. exigens, ut pro tributis per Clericos solvendis condatur Summus Pontifex, tantum loquitur de gabellis publicam utilitatem concernentibus. Ergo & equitati consonum est, ut Papa consensus non obtento, propriæ utilitatis, ac necessitatis causâ, in illo calu Clerici contribuant.

Dicendum 3. Si causa contribuendi utilitas publica, per se ac directè tendens Bonum Communitatæ, ac solum remota ac consequenter cedens in Clericorum commodum, veluti refectio murorum & pontium Civitatis, seu custodia urbis, tunc personas Ecclesiasticas non posse ac debere solvere tributa, nisi Episcopus & Clericus tantam necessitatem, vel utilitatem aspicerint, ut ad relevandas communies utilitates, vel necessitates, ubi Laicorum non suppetunt facultates, subsistat per Ecclesias existenter conferenda. Ex verbis Capit. Non minus. De Immunit. Eccles. Et si verò ad istam tributi concessionem olim Episcopi & Clerici ex Cathedrâli, aliquæ urbis Capitulis atque Vicariis Forensibus consensu sufficeret. Nihilominus ex luce noviori Capit. Adversus. eod. tit. requirit etiam consensus Summi Pontificis ob aliquorum imprudentiam hoc sibi refervantis: circa quod aliqui Doctores adeò sunt rigorosi, ut dicant, Cleri ac Episcopi in illas contributiones consensum esse invalidum, inconsulto Romano Pontifice: alij tamen, probabilius putant, esse validum, sed illicitum, nisi forte urgenter vel disponentiam dam, alij.

191.

Dicendum 4. Clericos, blica totum cedrat, gravissimam, atque habendum Clerici, confessum, hujusmodi nullum re expedit. Sacrofatio non constat, præ posse. Non minime.

D 1

In quo

Huic cuius tam faciente de Ma Imperi enim ex superius sed Galatia, nam ipsi ut ich nem, grisea, peram Gallicanissimis,

Summib

At

ex Pe prem Chri tum hoc in ip fu fensio

## De Apost. erga SS. Canones potestate. 579

urgentem necessitatem non possit adiri Papa, vel dispositio ditti capit. *Adversus.* quoad licentiam à Summo Pontifice in illo casu petendam, alicubi sit legitimè abrogata.

193. Dicendum 4. Si causa contribuendi sit publica totius Regni utilitas, quæ remotissime solum cedat in commodum Clericorum, tunc gravissimè urgente, v. g. bellorum necessitate, atque bonis Laicorum ad remedium adhibendum non sufficientibus, tenetur etiam Clerici, Papæ tamen, & Cleri Diocesani consensu prius obtento, contribuere ad huiusmodi necessitates. Probatur ex leg. *Nuflus. Cod.* De cursu publico. ubi disponitur: nullum debere habere immunitatem tempore expeditionis, licet sit domus Regia, aut Sacrosancta Ecclesia. Quia lex non tantum non corrigitur, sed servatis conditionibus supra positis, adjuvatur & approbatur à Cap. Non minus. & Cap. *Adversus. Delmunit.* Eccles.

## DISQUISITIO XII.

In quo sensu habenda sit Gallicana libertas prætensa adversus iura Ecclesiastica?

## §. I.

- H**ujus disquisitionis judicium haud difficulter ferri potest ex antecedentibus, cuius tamen accuratio discussio consultò videtur facienda ex occasione librorum, quos Petrus de Marca scripsit tam de concord. Sacerd. & Imperi um de libertatibus Ecclesiæ Gallicanae. Cùm enim ex voluminibus à Petro Puteano editis, superiusque examinatis non Roma duntaxat, sed Gallia quoque fuisset vehementer commota, jussus fuit præfiniatus de Marca doctrinam ijs libris contentam eatenus temperare, ut ichismatis equidem removeret luspicionem, sed libertates Ecclesiæ Gallicanae integras, ac illæs servaret. De hoc igitur temperamento disciendum hic est; An prætensa Gallicana libertas cohæreas cum Iudicibus Ecclesiasticis, & in quo propteræ sensu habenda sit?

## §. II.

Sumarium ex Petri de Marca axiomatis circa Regis Franciæ erga causas Ecclesiasticas prætensa iura collectum, una cum earundem refutatione, conclusioneque super ijs reflexivâ.

- A**uthor tractat de libertatibus Ecclesiæ Gallicane lib. II. cap. 2. axiomatis Gallicanis ex Petro de Marca peccatis per accommode pemitit frequentè animadversionem. Quod Christus, inquit, tanquam officium, & debitum Principibus erga Ecclesiam imposuit, hoc politici tanquam jus & autoritatem in ipsam interpretantur, & quos ille sponte sua constituit custodes, protectores, & defensores, ipsi arbitros, duces, ac dominos

efficient, quam ut matrem colere, audire, ac sequi Christiani omnes tenentur, ei ut ancilla precipere, ac leges ponere suudent. Quid enim aliud est Principibus tradere facultatem, non solum Ecclesiam ad Concilia convocandi, sed etiam Conciliis tractanda proponendi, ita ut de alijs deliberare non licet: ordinem ac modum praescribendi, à quo si recedatur, inane sit, quidquid fiat: decreta Concilio um confirmandi, sine qua confirmatione robore careant: judicata suspendendi, donec novo iudicio, aut novo examine probata fueriat: Concilia, ex quibuslibet Episcopis conflandi, jurisdictionem aliunde non habentibus conferendi: caulam unius Provinciæ, alterius Provinciæ Episcopis defigendam committendi: aliaque similia præstandi. Hæc sunt ex Petro de Marca Imperatorum Romanorum in Ecclesiam jura. Praesenserat, illa omnis, si crudè dicerentur, horrem Christianis animis incussura. Quamobrem cap. 1. in finem, i. commotioni occurrere fellina his verbis, iam supra indicatis: *Quæcumque apud veteres Principes in causis olim viguerunt, locum apud nos habere non possunt. Quid ni etiam apud vos? An quia hæc olim à Principibus usurpata sunt, contra Ecclesia libertatem, & iura, per vim, ac sine legitima facultate?* Nequaquam. Sed quia inquit, immutata aliquantis per disciplina amissum illum ordinem nullo pacto adiungere potest. Itaque si rursus immutetur aliquantis per disciplina, quæcumque apud veteres Principes olim viguerunt, locum apud Gallos habere poterunt; quoniam, ut ait Marca cap. 5. initio. *Quemadmodum Imperij Romani mole in variae partes dissecatæ, Galliarum Provinciae in victorie præmium Francorum Regibus, Divini Numinis auxiliis, cesserant, ita etiam imperij iura plenè, & integrè cum illis communicata sunt.*

Ex ijs pleraque adeo manifesta cum rationis, ac fidei regulis pugnant, ut propoluisset, confutasse sit. Et sane ipsum etiam authorem illorum puduisse, nisi pro suo more interjetis aliquibus verbis emollissem. Ne quis autem arbitretur, ea in usum evocari posse, expendenda sunt exempla, quæ profert; raro enim aliud genus probationum adducit, aut adducere potest. Pro causis tam malis militare nequeant rationes, quarum falsitatem, aut debitatem detegere in promptu non sit.

## Axioma primum Petri de Marca.

**H**ic Author locis in progressu citandis prætentit, Regibus esse speciale ius erga convectionem Conciliorum etiam Oecumenicorum, ac præsentiam, præsidentiamque in illis.

## Responsio.

**A**uthor ditti tract. lib. cit. cap. 2. à n. 5. ita respondet. Licet consentius Principum ad congreganda Concilia de facto necessarius sit, ac possint ipsi etiam de jure illorum convectionem impeditre, cùm iustis de causis metuant, aliquid contra sua, vel Regni iura mouliendum, ut tempore Ludovici Pii. & alias, quam.